

**www.e-rara.ch**

**Quinti Horatii Flacci Poemata omnia**

**Horatius Flaccus, Quintus**

**Friburgi Brisgoiae, Anno 1549**

**Zentralbibliothek Solothurn**

Shelf Mark: ZBS Staal 237

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-89747>

Q. Horatii Flacci vita per cantalicium, carmine heroico.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

## Q. HORATII VITA

Sed & poeta Ouidius, ingenue fatetur, magnopere se Horatianis uersibus delectatum, & eius carmen diligenter audisse, ueluti Propertium, Macrum, Ponticum, & Bassum, qui Iambicos lusit:

Et tenuit nostras numerosus Horatius aureis,  
Cum ferit Ausonia carmina culta lyra.

Per multos uero enumerat Horatius, quorum & studium & iudicium percoluit, ut Ploecium, Meccenatem, Varium, Vergilium, Fuscum, Viscos, Valgium, Polionem, Messalam, & alios. Secutus est eum in componendis Lyricis Paulus Passienus: qui, ut est autor Plinius, mirifice illum exprimebat. Statura fuisse traditur breui, corpore obeso, oculis lippis, quæ uel ex carmine illius uarijs locis colliguntur. Moritur autem Horatius anno ætatis suæ septimo & quinquagesimo, ut in Eusebianis annalibus relatum est. Alij supra septuagesimum annum uixisse scribunt, quod ego tamen falsum existimo, ut alibi obseruatum est.

Haftenus Crinitus: Sed ne desit quippiam curiosis, qui fortassis carmine magis delectarentur, eiusdem Poëtæ uitam carmine descriptam, adiungendam statuimus.

## Q. HORATII

FLACCI VITA PER CANTALICUM,

carmine heroico.

PER CANTALICIVM:

**S**iquis erit, Quinti uitam cognoscere Flacci  
 Qui uelit, hæc infra carmina pauca legat.  
 Edidit hunc uatem claris octaua decembris  
 Torquati & Cottæ fascibus alma dies.  
 Sed fuit ex humili natus præcone parente,  
 Qui libertinæ conditionis erat.  
 Attamen crexit fortuna urgente disertum  
 Virtutis uera nobilitate caput.  
 An fuerit Lucanus an Appulus, ipse recensens  
 Ambigit: haud dubie sed Venusinus erat.  
 Est ubi patre pio teneris nutritus in annis:  
 Ingenij magno præditus igne puer:  
 Mox etiam ductus curâ genitoris ad urbem,  
 Vasis in egregium docta per ora uirum.  
 Inde bonus causa sophiæ migravit Athenas:  
 Ne quod inexpertum linqueret artis opus.  
 Iuuit ubi in primis Epicuri incumbere sectæ,  
 Dum furor, atq; animus dum iuuenilis erat.  
 Post grauior sapiens Academi ad dogma rediuit,  
 Vt rectum studij prosequeretur iter.  
 Concusso sed enim bellis ciuilibus orbe,  
 Ipse quoq; instituit Martia castra sequi.  
 Sed pius & placidæ quia libertatis amicus,  
 Sub Bruto contra Cæsaris arma fuit.  
 A quo pro meritis decoratus in ordine, gessit  
 Clara potestatis dona tribunitiæ.  
 Ad paupertatem Bruto pereunte redactus,

Q. HORATII VITA

Ocia pierijs reddidit inde choris,  
Factus & hinc Varo socius, magnoq; Maroni,  
In Mœcœnatis floruit ille sinu.  
Quo duce amicitiam ueniamq; à Casare culpæ  
Promeruit, reliquos & sine lite dies.  
Sed quum iam uitæ bis septem tempora lustris  
Tangeret, inuiso reddidit ossa solo,  
Et Mœcœnatis prope molliter ossa sepultus  
Occubat urbanis Flaccus in Exquilis,  
Paruus erat, lippus, pleno sed corpore obesus,  
Et fugi, & parcus, ambitione carens:  
Integer & facilis, prudens, furibundus, amicus:  
Cordatamen gessit prona libidinibus.  
Tradidit è medio Græcorum fonte receptam  
Pindaricam Latio primus in orbe lyram.  
Ad quam bis binos cantauit in ordine libros,  
Et cum seclorum carmine scripsit Epôs.  
Vnius & uatem formauit in arte libelli,  
Quo nullum melius uatibus extat opus.  
Deq; duos etiam morali dogmate plenos  
Fecit epistolij, de Satyrisq; duos.  
Quæ lege qui uitam cupis informare per artes,  
Et ueterum sapiens ethica quisquis amat.

FINIS.